

ORBIS TERRARVM.

HÆC TABVLA comprahendit, & ostendit totius terrarum & circumambien-
tis Oceani effigiem; quem vniuersum terrarum Orbem Veteres (quibus nouus
nempe Orbis nondum innotuerat) in tres partes diuidere: in Africam scilicet, Euro-
pam, & Asiam: Sed inuenta America, eam pro quarta parte nostra ætas adiecit: quin-
tamque expectat sub Meridionali cardine iacentem. Gerardus Mercator Geographo-
rum nostri temporis coryphæus, in sua nunquam satis laudata Vniuersali Tabula
hunc Orbem terrarum in tres Continentes distinguit: primam vocat eam, quam ve-
teres diximus in tres partitas fuisse, & vnde humanum genus originem sumpsisse ex
sacris litteris constat: secundam, quam hodie Americam vel Indiam Occidentalem vo-
camus: tertiam dicit terram Australem, quam nonnulli Magellanicam nuncupant,
paucis hætenus littoribus detectam. Hunc Orbem continere in circuitu, quo maxi-
mè patet, miliaria Germanica 5400, siue Italica 21600, antiquitas docuit, idemque
recentior asserit ætas. *Atque hæc tot portiones terræ, (vt Plin. in secundo Naturæ libro
inquit) imò verò, vt plures tradidère, mundi punctus (neque enim est aliud terra in vniuerso) hæc
est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupi-
mus, hic tumultuatur humanum genus, hic instauramus bella etiam ciuilia, mutuisque cædibus
laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pel-
limus, furtoque vicini cessitem nostro solo affodimus, vt qui latissimè rura metatus fuerit, ultraque
fines exegerit accolæ, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram auaritiæ suæ pro-
pagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat.* Hætenus ille. Huius Terræ
Oceanique situm, Regionum dispositionem, sinumque anfractus, gentiumque mo-
res, & quicquid cognitione in iis scitu dignum videbatur, describere aggressi sunt

ex Veteribus

PTOLEMÆVS ALEXANDRINVS,

+ C. PLINIVS SECVNDVS. 3. 4. 5. 6. lib.

Natural. historiæ,

STRABO. xvij. libris,

+ SOLINVS POLYHISTOR,

+ POMPONIVS MELA,

DIONYSIVS APHER, & eius Cõmentator

EVSTATHIVS,

APVLEIVS in libello de mundo,

DIODORVS SICVLVS, libris. 5. priorib.

Bibliothecæ,

MARTIANVS CAPELLA,

PAVLVS OROSIVS, in fronte suæ historiæ;

BEROSVS descripsit orbis Antiquitates,

ANTONINVS AVGVSTVS (si verus est

titulus) Itineraria,

STEPHANVS, eius Vrbes,

VIBIVS SEQVESTER, ordine Alpha-

betico, eius Flumina, Fontes, Paludes,

Nemora, Montes, Gentes.

ex Recentioribus.

RAPHAEL VOLATERRANVS,

ABILFEDEA ISMAEL, lingua Arabica,

IOANNES HONTERVS,

SEBASTIANVS MVNSTERVS,

ANTONINVS Archiep. Florentinus, in

opere historico Titulo. 1. Cap. 3.

DOMINICVS NIGER,

IOANNES AVENTINVS, in Boiorũ Ann.

IOAN

IOANNES CAMERS, in Solinum,

GEORGIVS RYTHAIMERVS,

IOACHIMVS VADIANVS,

PETRVS IOANNES OLIVARIVS in Melam,

LAVRENTIVS CORVINVS NOVOP.

ANTONIVS VERONENSIS,

GVALTERVS LVDOVICVS, in Speculo Orbis,

ZACHARIAS LILIVS VICENT. de Situ Orbis,

ALEXANDER CITOLINVS, in Tipocosmia,

VINCENTIVS GALLVS, in Speculo historiali

lib. secundo,

GVILIELMVS POSTELLVS,

HARTMANNVS SCHEYDEL in calce Chronici

chronicorum,

IOANNES MANDEVILIVS, & eius comes

ODERICVS à Foro Iulij,

GAUDENTIVS MERVLA, lib. 5. Memorabilium,

FRANCISCVS MONACHI, in Epistola ad Ar-

chiep. Panorm.

ANTONIVS PINETVS, Gallica lingua descripsit,

& iconibus exhibuit quamplurimas (vt titulus ha-

bet) tam Europæ, quàm Africæ, Asiæ, & Noui Orbis

Regionum, Urbium, Oppidorumque; Tabulas,

IVLIVS BALLINVS, celebrium totius Orbis Vr-

bium icones edidit, cum eorundem breui historica

enarratione, Italica lingua,

BENEDICTVS BORDONIVS, totius Orbis In-

PETRVS APIANVS, & (fulas,

BARTH. AMANTIVS, eius Inscriptiones antiquas,

IOANNES BOHEMVS, omnium eius gentium,

populorumque mores & ritus.

TYPVS ORBIS TERRARVM.

SEPTENTRIO.



QVID EI POTEST VIDERI MAGNVM IN REBVS HVMANIS, CVI AETERNITAS OMNIS, TOTIVSQUE MVNDI NOTA SIT MAGNITVDO. CICERO:

Comitatus privilegio.

Franciscus Hogenbergus sculpsit.

